

II. REGNUM MORTUORUM.

Nro. 81.

*Secretum litterarum commercium inter Vivos
et vita functos.*

Elysium-Meum, Die Martis 13 Nov. 1810 (Nov. 30, Oct. 1810.)

Veteranus de grege miles in Elysio Filio suo ad superiorem mundum.

Quemadmodum ex adventantibus isthuc Umbris comperio, dilecte animo Petre! apud vos in superiore mundo diversæ novitates locum habent, quæ nonnullis meditandi argumentum præbent. — Hoc tu, si sapis meque audis, cavebis, nam *experto crede Ruperto*, valetudini non cedit, et idem demum effectus est, jucundam an tristem vitam egeris; quare iterum dico: te torquere meditando noli. — Equidem dicere his nolo: ut stupiditati te penitus dedas, id duntaxat sva-deo: ut media via cautus incedas, quam veteres nos, dum vitali aura fruebamur deligendi sequendique morem habuimus.

Profecto *Saturnia* ille erant *sæcula!* assiduo labori dediti nihil præter laborem mente volvimus, & opere peracto ad *poculum Caritatis* congregati amicas inter computationes jovialesque confabulationes vespertinas horas fefellimus. De *Novitatibus* postrema nobis cara fuit, harum curam *doctis & Eruditis*.

aliisque, titulo suo dignissimis *Dominicis*, qui, vel ex professione sua, vel natura ita propendente, lubenter meditationi vacant, credidimus, provisiâque hanc demandavimus, nobis nullam in operosa hac functione partem optavimus. Jucundo animo lecto egredi, hilari mente operi vacare, eodemque vigore somnum petere, hoc est *vivere*. — At videor ex te audire: hoc quidem non tam vivere, quam vitam *pergrevari* significat." — Nasute Juvencule! dico tibi iterum, ita optime vita instituitur, audisne? qui regis via incedit, non aberat, tutus & anxietatis expertus graditur, non pedem offendit, non lædit. Si nonnumquam paullulo asperior aura nasum tuum afflat, cogita: prætere — solase te expendendo: ita æterna nature lege, cui nos obsequendum habemus, sanctum esse; post nubila Phœbus, haustu plus ebibe & atræ curæ disparebunt. — Urque in Francia alba Ceres, ad Rhenum Bachus dominatur, Germanus animum despondere haudquaquam debet. Haec consilia, uberem hilaritatis materiam, si sapis, alte in animum detinuites, & eis morem geres. Si, quæ optima voluntate tibi præcepti secutus non fueris, asinus es, prout ego

Tuus

fidelis pater

Joannes Absquecura.

Petrus præcepta categorici patris sui curæ cordique sumsisse perhibetur, nihilominus non singulas eorum partes ad amuffin custod-

diviffe
sibi h
in arg
randi
det, a
in jac
quest
P
quens
lis Dr
ris mi
nerale
citus

M
D. T.
Portu
litera
Lamb
tono
Portu
argum
galla
comp
exerci
ne Pri
direc
stare
officia
literis
collig
Alnea

divisse, quippe vix primam, quam obviam sibi habebat, vinariam tabernam subeunt, ut in argumento potionis saltem consilio venerandi senectutis deferat, & ei se adcommo- det, an nun continere nequit, quin oculos in jacentes forte in proximo Novellas detor- queat, e quibus hæc nova hausit:

Parisius 24. Octob. Hodierao Monti prese- quens legitur relatio D. Divis. milit. G nera- lis Dronet, C. ab Erlon, Præfetti 9 Corpo- ris milit. ad Cels. Principem Wagam. Ge- neralem M jorem; & Gen. Intendentis Exer- citus in Portugallia Lambert, ad Eundem.

Ex principe hospitio Valli- dolato die 11. Octob. 1810.

Mi Dne! Nudius tertius communicavi C. D. T. felix nuncium, quod ab exercitu in Portugallia percepit. Festino Celsitudini Tux litteras transmittere, quæ hoc ipso a Gen. Lambert ad me expedire, qui cum Deposi- torio exercitus Visei subsedit. Attulit eas Portugallicus negotiator, pluribus solertix argumentis clarus. Videntur res in Portu- gallia prospere decurrere, sum in provincia compeccendi militares turmas, quæ in tergo exercitus miserandum in modum grassantur, ne Princeps ab Ezlingen opus habeat expedire copiarum partem, sed Anglis tota vi in- stare valeat. U primùm Almeida ad pulero officiale cu nunciois a Principe ab Ezlingen litteris nondum ad pulso, quasvis relationes colligam, & C. V. transmittam. Usque 15 Almeida ero. — Dignetur securum reddere

Imperatorem: exercitum honori inhiare, non modo adversus turbam & prædonum glæbum pugnandi, sed ejus vice honorem exoro, si per tempus adhuc licet, exubias exercitus & præcursorias copias agendi. Quatuor meo sub imperio venat. & Hussar. legiones sua venusta forma, & uniformitate vestium admirationem totius Hispaniæ excitant. Ajunt quippe: præter Cæsaream Prætorianam Cohortem formosiores militares copias oculis non fuisse visas suis.

Droit.

Visio de 5. Oct. Mi Domine! Ex tempore Ingressus nostri in Portugalliam nullum majoris notæ negotium se nobis obtulit.

Die 26. Sept. Princeps incidit in exercitum Anglicanum intra fauces & angustias arcis Mundæ: 8 Coimbra horarum distantia. — Die 26, 27 & 28 repressæ leves hostiles copiarum cunctis fortiter munitis stationibus excessere, quæ quibusvis cum suppetiis urbis Coimbræ in nostras pervenere manus. Exercitus prospera valetudine fruitur & omnibus abunde provisos.

In No. o. omio 500 haud plures saucii, 250 ægro. i. Nullus Generalis Colonellus acie ad Coimbram vulneratus. Asseveratur (sed dubia fide) Generalem *Brigadae* coenobium B. faco occupaturum aliquot cum leviter armatis in captivitatem incidisse; hostis, fide captorum, & acie sauciatorum, paucos captivos fecit. Nos plenam cum Coimbra communicationem habemus. Equestres copiarum

nost
Pro
dius
dae

quib
tuga
nistr

Prin
Fran

nost

pro C
nistr
steric

cat C
vis a
borat

bunt
positi
tione
ad en
tatis,
rei æ

S
silio

nostræ jam Pombaliam attigisse feruntur. —
Promtuarum Coimbræ sat notabilia sunt. Lordius Velligton partem duntaxat eorum Mundaæ ignibus cremare potuit.

Hoc vespere 190 opperior Anglos, in quibus 18 officiales militares. Captivos Portugallos plura numeramus millia, quorum sinistro fato multi profugerunt.

Subscr.

Lambert.

Hanovia die 26. Octob. Carolus D. G. Princeps Primas Rhen. Foederis, M. Dux Francosurt. A. Episcopus Ratisbon. &c. &c. Universis amicam Salutem.

Visum est nobis, pro Consilio Status nostri, seqv. Legem (Regulamentum) condere.

Art. 1. Consilio Status duplex finis est: pro Collegio in ferendarum legum & administrationis objectis, & pro judiciario Dicasterio in Cassationis argumento.

Art. 2. Qua deliberans Collegium, explicat Consilium Status in forma opinionis quævis argumenta a nobis pro discussione & elaboratione secum communicata.

Id genus M. Ducalia Mandata continebunt: adornationes communium legum, Propositiones singularium Decretorum, Tractationes cum Statibus, examen Propositionum ad emendanda litteraria Instituta, & moralitatis, in Politia, Justitiæ, vectigalium & rei ærariæ emendandæ argumento. e. s. p.

Similia a Nobis percepta Mandata Consilio Status ansam suppeditant adornandis

opportunitis opinionibus, atque præparandis elaboratis.

Cum Consilium Status in legum — & administrationis objectis deliberans duntaxat Collegium sit, idcirco illud nullas ordinationes et dispositiones edendas habet, cum administrandi Jure 3 Ministri pro diversitate relationum suarum gaudeant.

Art. 3. Quia Collegium Judicium, in materia Cassationis Consilium Status legibus definitum Systema in occurrentibus Casibus applicat.

Art. 4. Ubs Francofurtum ut metropolis M. Ducatus perpetua Consilii Status sedes est.

Quot Sabbatis 10 antemeridiana ordinariæ Sessiones in aede Röner habebuntur, præterea alii, si ratio negotiorum exegerit, diebus.

Pascæ & Natalium Domini hebdomadis ferie sunt.

Art. 5. Consilium Status constat:

Ex Nobis, M. Duce qua Præsidente, 3 Ministris, quibus Status Consiliariis, & Consilii Status Secretariis prærogativa Consilarii Status gaudentibus.

Art. 6. Secundum adoptatum Collegialem ordinem votorum pluralitas definit. Petita opinione Consilii Status in negotiis legum & administrationis extra Sessionem nos decernimus scripto; Decreta per nos subscribuntur, atque per Ministrum nostrum & Status Secretarium contrasignantur.

ciari
tarior
a Ju
mem
sition

Cons

Statu
proje
tinent
M. I
stro a
parat
antur

blici
tione
Cons

prove
Contr
inter
bunal
objec
rum,
Cons
stione

In Cassationis negotiis præsidet rei Judiciaræ Minister. Sententiæ super iis a Secretario Consilii Status in Sessione præleguntur, a Justitiæ Ministro subscribuntur, atque a memorato Secretario cum nominis sui adpositione expediuntur.

In Cassationis argumentis quivis scripto Consilium Status adire potest.

In negotiis administrationis Consilium Status nulla gravamina, Propositiones, aut projecta accipit; id genus argumenta pertinent ad Ministeria & ipsum Imperantem M. Ducem. Ea duntaxat pro arbitrio nostro ad Consilium Status pro uberiore præparatione, & depromenda opinione inviuntur.

Abusuum indagaciones, quos nefors publici officiales in muneris sibi crediti executione attentarunt, mandato nostro ad Status Consilium perferuntur.

Consilium Status, utprimum a Nobis provocatur, cognoscendum habet: 1) de Controversiis Jurisdictionum suborientibus inter Dicasteria Administrationis, atque Tribunalia. 2) In contentosis administrationis objectis, utprimum unum alterumque eorum, relatione a Ministro ad nos facta coram Consilio Status delatum fuerit. 3) In quaestione: An in occurrentibus casibus of.

ficiales publici Jure conveniri possint, aut debeant?

Art. 7. Definita per Nos Summa pro sumtibus Collegii a Secretario Consilii Status impenditur, & rationibus inferitur. Quodvis Collegii membrum Syngrapham Salarialem obtinet; quod ex sumtibus in Collegium redundat, procurandæ Bibliothecæ Consilii Status applicatur. — Pecuniæ quoque a succumbentibus partibus in rebus Cassationis depensæ penes Collegium rationibus inferendæ.

In argumento Taxarum Expeditionis in rebus Cassationis opinionem Consilii Status opperimur, de pecuniis inde perceptis æque in Collegio rationes ineundæ sunt, & earum Summa Bibliothecæ procurandæ applicanda.

Hæc ordinatio Regiminis Paginæ inserenda.

Datum Hanoviæ die 25. Oct. 1810.

(L. S.)

Carolus M. Dux.

RI

Secret

Elysium

Ad J

T

Sic
sunt!

dextra

jam e

I

habes

quart

Pacis

Bohem

Regem

clusus

tenu

nostr

D

tionem

refer

sus k